

requirant: dummodò ipſi ſua maritupia reſolvere non cogantur, pecunias plus diligentes, quam Fratrum animas Chriſti Sanguine redemptas. Hinc eſt quod Fratres ſibi ipſis provideant. Hinc eſt quod proprietas incrementum capiat. Quæ ubi ingreſſa ſemel fuerit, multas ſecum trahit pedifequas, inobedientiam, intemperantiam, ebrietatem, & id genus peſtes alias.

VII. Ne verò Superioribus detur prætextus negandi Subditis neceſſaria, eo quod Monafterii proventus communes omnibus non ſufficiant, merito conformiter ad antiores Canones & jus commune in Cap. 1. De Inſtitut. præcepit Synodus Tridentina, ut in Monafteriis & domibus tam vitotum quam mulierum, bona immobiliã poſſidentibus vel non poſſidentibus, is tantum numerus conſtituatur, ac impoſterum conſervetur, qui vel ex redditibus propriis Monafteriorum, vel ex conſuetis eleemoſynis commodè poſſit ſuſtentari, Seſſ. 25. De Regularib. cap. 3.

VIII. Quin etiam in formando hoc Decreto fuerit is Patrum Tridentinorum ſcopus, haud dubitavit Cardinalis Bellarminus, dum inter media extirpandi vitium proprietatis reponit, hujus Decreti maximè neceſſarii obſervantiam: Tunc enim Præpoſiti, ait, jure cogere poterunt ad omnem proprietatem fugiendam & execrandam, ſi Ordo ipſe ſingulis ea præbeat omnia quæ ſingulis neceſſaria ſunt. De genu columbe lib. 3. cap. 6.

IX. Ob hæc aliaque quæ exacta illius Decreti custodia à Monafteriis incommoda avertère poſſet, dixit Innocentius X, in Bulla quæ incipit, Inter cætera 23. in Bull. R. quod inter cætera quæ ad Regularem diſciplinam inſtaurandam conſervandamque Sacro ſancta Tridentina Synodus ſalubriter decrevit, illud ſemper præcipuum & maximi momenti habitum eſt, quo injungitur, ut in ſingulis Monafteriis, & domibus Regularibus is tantum numerus conſtituatur, & in poſterum conſervetur, qui vel ex redditibus propriis Monafteriorum, vel conſuetis eleemoſynis commodè poſſit ſuſtentari.

Quantopere Pontifices allaboraverint, quotque Decreta iteratè edita fuerint, ut hoc Concilii Tridentini Decretum exactè obſervaretur, colligi poteſt ex illis quæ de hæc recitat Fagnanus ad Cap. RELATUM. Ne Clerici vel Monachi ſecularibus negotiis ſe immiſceant.

X. Sed ne in ipſo neceſſariorum uti vitium proprietatis ſe immiſceat, duo à Religioſo obſervanda ſunt, quæ Clemens VIII. in ſæpius citata Conſtitutione his verbis expreſſit: Ne eorum quæ ad neceſſitatem conceſſa erunt, ullus quidquam poſſideat ut proprium, neque ut proprium utatur.

Primum igitur in his quæ ad neceſſitatem Religioſo conceduntur, cavendum eſt, ne quidquam eorum poſſideat ut proprium; id eſt, eo loco habeat, quaſi in illud aliquid juris præ aliis de Conventu prætenderet; illudque ad nutum Superioris ſibi auferri, atque alteri applicari poſſe haud crederet.

XI. Quin Religioſus, qui hoc animo res ſibi ad neceſſitatem conceſſas poſſidet, affectu proprietarius ſit, nemo ambigit. Hinc illud S. Auguſtini in ſua Regula Cap. 8. Si fieri poteſt, non ad vos pertineat, quod vobis indumentum pro temporum congruentia proferatur; utrum hoc recipiat unusquisque, quod depoſuerat, an aliud quod alter habuerat: dum tamen unicuique, prout cuique opus eſt, non negetur.

XII. Imò ut ab hoc affectu Monachi ſe oſtenderent planè exemptos, jam pridem vitio vertebatur Monachis, ſi vel verbo dixiſſent, unicam MEAM, tabulas MEAS, graphium MEUM: uti videtur in Concordia Regularum edita per Hugonem Menardum cap. 42. qui ibidem ad §. 18. ait: Non minima hæc hominis infirmitas, ut qui in mundo multas opes & pretioſa quæque reliquerit, in clauſtro ad neſcio quas gerras & quiſquilas animum adjungat, quæ ſanè nos à Deo ſeparant, cum illis affectu ſerviamus, non Deo; nobiſque illæ dominantur, non

Deus. Quamobrem, ait, antiqui illi Patres id unum maximè ſtudebant, ut animum diſcipulorum ab ejuſmodi rerum affectu averterent; quemadmodum fecit S. Dorotheus, qui diſcipulum tuum Doſitheum elegantis cuſjadam cultelli uſu prohibuit, quod animum ejus erga ejuſmodi reculata propenſum videret. Uti ipſe Dorotheus in ejus vita ſeferit.

XIII. Patrum ſpiritu plena S. Thèreſia in ſuis Conſtitutionibus c. 53. habet, ut ſi quam Sororem adverterit, Prioriſſa cuiſpiam rei, ſive cellæ, ſive cuilibet alteri rei, cum affectu tenacius adhærere, magna ſollicitudine curet, ut ab illa Sorore rem illam auferat: idque in omnibus Monafteriis, ſive ea proprios habeant proventus ſive non, exactè & cum rigore obſervetur. Hoc ipſa Superior ſollicitè exequatur, nec pariat ab aliis contra-iri, quod ſi factum fuerit, ipſa à Provinciali ſeverè puniatur.

XIV. Hoc ſaluberrimo remedio merito utentur Ordinum quorumcumque Prælati & Superiores, dum ex modo agendi aut loquendi advertunt, aut non infundatè metuunt, ne quis ſubditorum rem aliquam ſibi ad uſum conceſſam, affectu proprietatis, ſive ut propriam detineat, quemadmodum ſuprà citatum Directorium Colonienſe monet; ac de hoc præ cæteris eſſe ſuſpectos, qui aliqua pretioſiora aut elegantiora in uſum ſuum habent, quam reliqui de Communitate, quæ non ſive non ſunt reſignare vellent; monetque, vel eo ſolo titulo res hujusmodi Religioſis eſſe auferendas, quia erga res minimè poſſit eſſe inordinatiſſimus affectus, qui ſit peccatum mortale.

XV. Alterum in his, quæ ad neceſſitatem conceduntur, à Religioſis ſollicitè cavendum eſt, ne conceſſis utantur ut propriis, ſive ne utantur rebus ſuo uſui & ad neceſſitatem conceditis, tamquam proprietariis. Quod tunc facere cenſentur, ſi rebus illis utantur non tamquam alienis & ad neceſſitatem ſibi conceſſis, ſed de illis tamquam Domini & proprietarii libere diſponant.

XVI. Hoc verò præcipue metiendum in his, qui extra Monafterium morantur, quorum conditio non permittit, ut neceſſaria ſua quotidie à Superiore accipiant, ſed requirit, ut aliqua pecuniæ ſumma eis credatur, quam in conquirendis ſibi neceſſariis ſuo tempore expendant; qua occasione contingit, ut illa pecuniâ non tamquam pauperes & nihil proprii habentes, ſed tamquam pleni domini & proprietarii in quocumque uſu etiam non neceſſarios, nec à Superiore intentus utantur.

XVII. Prudentiſſimè ergo Canonici Præmonſtratenſes in ſuis Conſtitutionibus Diſtinct. 2. Cap. 23. monuerunt ſui Ordinis Parochos, eorumque Capellanos, & quosvis alios foris aliquod Beneficium vel Officium obtinentes, ut memores ſint ſe Religioſos eſſe, & tamquam pauperes nihil poſſidere. Cui Decreto tamquam conſequens præcipiendo ſubnectunt, ut nulla notabilia dona ſive Parentibus, ſive quibuſcumque abſque ſuorum Prælatorum conſenſu largiantur: aliaque nonnulla adjuvantes, quæ pro uſu illius reſtrictione ſervire poſſunt; quo fiat ut nec ipſi, ut pote voto paupertatis obſtricti, rebus ad uſum conceſſis ut propriis utantur.

CAPUT VIII.

Quomodo bona Monafterii à Superioribus diſpenſanda?

- 1. Modum diſpenſandi præſcribit norma Apoſtoliſca in Actibus Apoſtolorum deſcripta.
2. Hanc à Superioribus ſervari: volunt Regule Monafterii a Superior ſingularum neceſſitates ſine perſonarum acceptione attendere debet.
3. Agrorum ſollicitam curam habere debet.
4. Præcipua radix peculiorum eſt neglecta cura infirmorum.
5. Providendum infirmis de neceſſariis, etiamſi exinde Monafterium debita aliqua contrahere deberet.

- 7. Ita diſpenſanda res monachis à parentibus aut aliunde obventes, ne videantur hiſpius juris habere quam reliqui de Communitate.
8. Periculum hujus perſuaſionis erit, ſi Superiores rerum illarum uſum poſſim illis concedant, quibus illa obveniunt.
9. Statutum Canoniconum Regularium, quo huic periculo occurratur.
10. Ut neceſſitatibus ſingularum ex communi Monafterii ſubſtantia queat provideri, congruit, ut neceſſaria ſtatu paupertatis ſint commensurata.
11. Religioſi vi ſua profeſſionis debent omnem in veſtibus & ſuppelleſtile factum vitare.
12. De cretum Canoniconum Præmonſtratenſium de ſervanda modeſtia & paupertate Religioſa.
13. Difficile eſt in magna divitiarum affluentia paupertatem ſervare.
14. Collaſſio diſcipline & obſervantia Monafterii ex affluentia divitiarum proſuit.

I. Modum, quem in diſpenſandis bonis communibus inter primos Fideles (qui normam vivendi Canonitarum ſive Religioſorum in communi viventium delineaverunt) Sacer Textus paucis his verbis expreſſit: Distribuatur ſingulis prout cuique opus erit; hoc eſt, ſecundum unicuique ſuaque indigentiam.

II. Hanc diſpenſationis normam ut Prælati & Superiores ſervent ſollicitè Monachorum Regule inculcant. Eſt ejus, ait S. Baſilius, penes quem diſpenſandi munus eſt, illud exequi diligenter: DISTRIBUEBATUR SINGULIS PROUT CUIQUE OPUS ERAT. In Regulis brevioribus. Reſp. 131.

Victus & tegumentum inquit S. Auguſtinus in Regula cap. 3. non aequaliter omnibus distribuatur, quia non aequaliter valetis omnes, ſed potius unicuique, ſicut cuique opus fuerit: ſic enim legitur in Actibus Apoſtolorum: Quia erant eis omnia communia, & distribuatur unicuique, PROUT CUIQUE OPUS ERAT.

Quibus conſonant illud S. Benedicti in Regula cap. 34. Sicut Scriptum eſt: dividebatur ſingulis prout cuique opus erat. Ubi non dicimus ſut perſonarum, quod abſit, acceptione ſit, ſed infirmitatibus conſideratio. Ubi qui minis plus indiget humilietur pro infirmitate, & non extollatur pro miſericordia; & ita omnia membra erunt in pace.

III. Igitur Superior ut juſtam rectamque diſpenſandi normam teneat, debet ſingularum conditiones & infirmitates conſiderate, atque ita ſingulis ſine perſonarum acceptione ex communibus Monafterii proventibus, ad quos nullus præ alio plus juris habet, distribuere prout cuique opus fuerit. Non ab eo [uti loquitur de Abbate S. Benedictus cap. 2.] perſona in Monafterio diſcernatur, non unus plus ametur, niſi quem in bonis actibus & obedientia invenierit meliorem; æqualis ſit ab eo omnibus charitas; una præbeatur omnibus ſecundum merita diſciplina.

IV. Illud verò ſollicitè in hac temporalium diſpenſatione attendere debent Superiores, ut agrorum & infirmorum curam habeant, providentes ut nihil neceſſarii ipſis deſit.

Infirmitatem [ait S. Benedictus cap. 36.] cura ante omnia & ſuper omnia adhibenda eſt, ut ſicut reverè Chriſto, ita eis ſerviat, quia ipſe dicturus eſt: Infirmus fui, & viſitaviſti me. Et, Quod feciſti uni de hiſ minimis meis, mihi feciſti. Ergo cura maxima ſit Abbati, ne aliquam negligentiam patiatur. Quibus Fratribus infirmis ſit cella ſuper ſe deputata, & ſervitor timens Deum, & diligens, ac ſollicitus. Curam autem maximam habeat Abbas ne à Cellariis, aut ſervitoribus negligentur infirmi: quia ad ipſum reſpicit, quidquid à diſcipulis delinquitur.

De Monachis ſub Regula S. Pachonii viventibus ſcribit in præſatione ejuſdem Regule S. Hieronymus: Agrorum Eſpen ſus Eccleſ. P. 1.

antes miniſtrorum ſuſtentantur obſequiis, & ad omnem copiam præparatis cibis.

Agrotantium cura, ſive poſt ægritudinem reſcendorum, ſive aliqua imbecillitate etiam ſine febribus laborantium uni alicui decet injungi [ait S. Auguſtinus in Regula] ut ipſe de cellario petat, quod cuique opus eſt, proſpexerit.

Sanctus Fruſtuofus in ſua Regula cap. 7. vult, ut infirmi tanto miniſterio foveantur, ut nec propinquorum affectus nec urbium delicias requirant; ſed quod neceſſe habuerint, Cellarius & Præpoſitus provideant.

V. Et quid mirum, in omnium Ordinum Regulis & Conſtitutionibus adeo enixè commendari curam infirmorum? Experienciâ enim manifeſtum eſt, nullam eſſe Religioſis majorem tentationem, privata peculia ſibi contradendi, & conſervandi, quam ſi videant, ex communi Monafterii penu infirmis neceſſaria non ſubminiſtrari.

Unde citatum Directorium Colonienſe deplorans quod procul à voluntaria paupertate abeſſent, qui ut in lecto ægritudinis ſuz non egeant, & penuriam aliaque paupertatis incommoda non ſentiant, pecuniam corradiant atque ſeponunt, vel redditus vitales aut perpetuos habent, unde tempore ægritudinis & neceſſitatis ſuz conſolationem habeant, & ſe à moleſtis pauperum tatus tueantur atque defendant. Cauſam horum abuſuum in ipſos Prælatos reſundere non dubitat. Quorum, ait, immiſericordiâ huic irreligioſæ ſollicitudini, & nefariis auſibus occaſionem dedit, & januam aperuit; ut qui famulos Dei, qui omnia propter Chriſtum dereliquerunt, dum ægrotabant ita dereliquiſſe viſi ſunt, ac ſi eorum cura tum ad eos non pertinet, ret.

VI. Merito proinde Patres Eremitæ S. Auguſtini in ſuis Conſtitutionibus parte 2. cap. 14. volunt, ut ſollicitè intendat Prior ne aliquid deſit infirmario quod neceſſitati expediat infirmorum, etiamſi ob remedium eorum opus eſſet apud creditores magna debita contrahere, vel etiam bona Conventus diſtrahere & vendere? quatinus aliter mendicari non poſſent.

VII. Attendere quoque tenentur Superiores; ut res quæ Religioſi vel ſua propriâ induſtriâ vel labore, aut Parentum ſive amicorum liberalitate acquirunt, ita in ipſorum Fratrum neceſſitates diſpenſentur, ne ex modo diſpenſandi ipſis Religioſis ingeratur opinio, quaſi plus juris ad harum uſum haberent ipſi, quorum induſtriâ & labore ſunt acquiſitæ; vel in quorum gratiam Parentibus data ſunt, quam ceteri de Communitate.

VIII. Hujus verò perſuaſionis periculum erit, ſi advertant Superiores haud difficulter uſum earum rerum concedere his, quorum labore partæ ſunt, aut in quorum gratiam à parentibus oblata fuerunt, tametiſi aliunde ſciatur, Religioſos illos præ cæteris illarum rerum uſu non indigere; imò eſſe interdum non paucos in communitate, quibus uſus earum rerum magis conveniret, quin & ſubinde eſſet neceſſarius.

IX. Hoc periculum ut præveniant Superiores, admodum eſt conveniens, ut ſæpius obſervent, quod in Conſtitutionibus Canoniconum Congregationis Windemſenſis legitur parte 2. cap. 7. Quod ſi alicui noſtrum, veſtis aut cultellus aut aliud quid miſſum fuerit, ad Priorem deferatur; & ex bona conſuetudine non EI CUI miſſum eſt, ſed ALII potius detur.

X. Ut autem omnium neceſſitatibus providere poſſit ex communibus Monafterii proventibus, multum juvare poterit, ſi neceſſaria diſpenſentur ſecundum quod ipſa profeſſio Religioſa paupertatis requirit.

Mobilium verò uſum [ait Synodus Tridentina] ita Superiores permittant, ut eorum ſuppelleſtis ſtat uti paupertatis, quam profeſſi ſunt, conveniat; nihilque ſuperflui in ea ſit. Seſſ. 25. cap. 2. De Regularib.

XI. Si omnibus in Chriſto baptizatis rectè dixerit Auguſtinus: Quid tibi cum pompis ſæculi, quibus renuntiasti? nonne potiore ratione id Religioſis dicitur, qui præ reliquis Chriſti Fidelibus ſpecialiter paupertatem & mundi contemptum profitentur; ita ut diametraliter eorum profeſſioni videatur opponi, quidquid in eorum ſuppellectile aut Monasterii divitiis aut mundi factum præfert. Quod intelligens S. Benedictus in Regula cap. 7. ait, "Sextus humilitatis gradus eſt, ſi omni vilitate vel extremitate contentus ſit Monachus."

Vilitate, ait, Hugo Menardus, in cibo & potu, veſtimento, calceario, & quocumque opere injuncto. Ad Concord. Regul. cap. 16. §. 1.

Et cap. 55. loquens S. Benedictus de veſtibus Monachorum, poſt varias earum designatas ſpecies, ait: "De quarum rerum omnium colore & groſſitudine non cauſentur Monachi, ſed quales inventiri poſſunt in provincia, in qua habitant, aut quod vilis comparari poſſeſt."

Si Sanctus Thomas rectè reſolvat, vilitatem veſtium Religioſis convenire, quia Religio eſt ſtatuſ penitentia & contemptus mundanæ gloriæ; quidnè eadem conſequentiã inferatur, vilem ſuppellectilem, humilia ædificia, cæteraque quæ mundana gloria contemptum exhibent Religioſis convenire?

Unde jam pridem S. Bonaventura ſui Ordinis Provinciales monuit, "ut ſumptuoſitatem ædificiorum, librorum, ac ciborum ita ſtatuant amputare, ut à profeſſionis excellentia vite obſervantia non diſcordeſt."

Et ante S. Bonaventuram dixerat, S. Bernardus de Ordine Ciſtercienciſi: Ordo noſter abjectio eſt, humilitas eſt, voluntaria paupertas eſt. Epift. 142.

XII. Utque Patrum ac veterum de hac paupertate & moderatione in ſuppellectile ac toto vitæ genere exhibenda omittam, unum hic è noviffimis Canonicorum Præmonſtratenſium ſtatutis adducam. Monent ipſi Ordinis ſui Prælatos, "ut memores ſua profeſſionis, ac SS. Patrum veſtigiiſ inherentes, modèſta ſuppellectili & menſa, ac frugali victu ſemper utantur. In reliquo etiam vitæ genere, ac in tota ſua domo caveant, ne quid appareat, quod à ſancto paupertatis inſtituto ſit alienum, vel quod non ſimplicitatem, Dei zelum ac contemptum vanitatum præ ſe ferat." Diſt. 2. cap. 4. §. 1. & 2.

XIII. Scio quidem difficile eſſe Religioſis & Abbatibus iu magnâ illâ divitiarum abundantia, quæ hodie in pluribus Abbatibus habetur, paupertatem in omni vitæ genere conſervare; nihilque vel in ſuppellectili, vel menſa, aut domo, vel comitatu habere, quod non paupertatem & mundanæ gloriæ contemptum præferat: Sed nec illud ignoro, quod in ipſam divitiarum copiam, Religioſa diſciplinæ & perfectionis caſum & collapſionem plures veri Religioſi reſuderint.

XIV. Poſteaquam centus Monachi habere cœperunt, & reditus [inquit Trithemius homil. 7.] priſtina mox humilitatis ſtudia deſecerunt, crevitque paulatim cum divitiis rerum temporalium ſuperbia. Quamdiu fuerunt pauperes Monachi Deum in veritate coluerunt poſtea verò quando divitiis abundaſſe cœperunt, ſimplicitatem fugavit duplicitas: Integritas namque obſervantia regularis abundantiam peperit rerum temporalium; ſed paulatim divitiis Monachorum puritatem Ordinis ſunditus extinxerunt."

Item Sermone 2. ad Monachos, cum dixiſſet, Ordinem Benedictinum mirum in modum orbem illuſtraſſe, à ſuoque ſplendore tandem ſenſum deciſiſſe, cauſam illius caſus aſſignans ait: "Contulit Monachiſ Religioſa divitiis donec matrem ſilva ſuffocavit. Nam ut ſcriptura dicit: Omnes qui volunt divites fieri incidunt in tentationes, diaboli: increſcit illis dilectus, & recalcitravit; impinguatus & dilatatus terrenis poſſeſſionibus, dereliquit inſtitutionis primæ ſanctæ ſtudia; abiit poſt vanitates falſas, quem copia rerum temporalium, divitiis ſpirituallibus inopem & miſerum fecit."

Sed de his latius infra ubi de cauſis collapſionis diſci-

plinæ Monasterii agetur.

CAPUT IX

Titulus adminiſtrationis in ſimplici Monacho eſt pallii proprietatis

1. An in Cap. 2. De Statu Monach. permittatur Monacho peculium de licentia Abbatis Titulo adminiſtrationis?
2. Sententia Gloſſæ.
3. Veteres Canonice docuerunt adminiſtrationem tantum poſſe concedi Officialibus.
4. Decretum Synodi Tridentina Veterum Canonistarum expoſitioni conforme.
5. Superiores non poſſunt bonorum ſtabilium adminiſtrationem ſimplici Monacho committere.
6. Synodus etiam vetat adminiſtrationem concedi ſimplici Monacho cum dependentia à voluntate Superioris.
7. Licentia Superiorum non reddit Monachum immunem à vitio proprietatis; nec fidem adhibere debet Superiori aſſerenti ſe talem licentiam dare poſſe.
8. Oſtenditur, Synodum Tridentinam non permittere, ut concedatur adminiſtratio ſimplici Monacho tamèſi ad nutum Superioris revocabilis.
9. Nulla ex cauſa, nec ullo caſu adminiſtratio ſimplici Monacho dari poſſeſt.
10. Dum conceditur ſimplici Monacho, conſtituitur in effectu uſufructuarius.
11. Tamèſi concedatur tantum dependenter à nutu Superioris.
12. Adminiſtratio conceſſa Officiali illum non facit proprietarium: & quare?
13. Officialis poſeſt conſtitui proprietarius, ſi proventus expendat in uſus proprios.
14. Proprietarii erunt ſi emolumenta ſeu jura recipiant & reſervent in uſus proprios.
15. Decretum Synodi Cameracenſis contra jura officialium.
16. Titulus adminiſtrationis pallium proprietatis aliquando erit, tamèſi adminiſtratio committatur Officialibus Monasterii.

I. CRedunt nonnulli, Monachis permiſſa eſſe peculia titulo adminiſtrationis de conſenſu Abbatis aut Superioris, juxta illud quod ex Concilio Lateranenſi referitur in Cap. 2. De Statu Monach. "Qui verò peculium habuerit: niſi ab Abbate fuerit ei pro injuncta adminiſtratione permiſſum, communionem removeatur altaris."

Ergo, inquirunt, Monacho peculium habere licet, ſi ei ab Abbate injuncta fuerit adminiſtratio; atque ipſo peculio utatur de licentia Abbatis, & dependenter ab ejus voluntate.

II. Verum, uti rectè notat Gloſſa ad citatum Capitulum, Monachus poſeſt habere peculium de licentia Abbatis, ſed cauſa adminiſtrationis; id eſt, [uti advertit Fagnanus ad dictum Capitulum num. 42.] propter officium adminiſtrandi, quia Officialis eſt Monasterii. Et Innocentius famoſus & antiquus Canonice exemplicat in Officialibus puta Veſtiarius, vel Eleemoſynarius.

III. Et Hoſtienſis in Commentario ad hunc textum expreſſè dicit, non comprehendendi niſi Officiales pro adminiſtratione temporalium deputatos. "Putat, ait, quia eſt Veſtiarius vel eleemoſynarius, vel Cellarius, vel alius quicumque certum habens officium, ratione cujus habet recipere & expendere in uſus Monasterii ſive Monachorum temporalia, ſive ſint pecunie vel quæcumque alia."

Idem aſſerit Joannes Andræas, additque, "Monachum non poſſe etiam de licentia Abbatis habere peculium ſi ejus officium tantum verſetur circa ſpiritualla: ut ſi ſis Prior Clauſtralis, Sacriſta, vel quis alius audiens confeſſiones, vel tantum vacans obſervantia Regulari."

Verbo

Verbo, juxta mentem Gloſſographi & veterum illorum Canonistarum, permittitur Monacho habere peculium, ſi ab Abbate ſit conſtitutus Officialis Monasterii, qui vi ſui officii adminiſtrationem habeat peculii in utilitatem Monasterii, nequaquam verò in utilitatem propriam.

IV. Hanc Doctorem reſponſionem tanquam menti Concilii Lateranenſis conſonam amplexa Synodus Tridentina Seſſ. 25. cap. 2. De Regularibus ſtatuit: "Nec deinceps liceat Superioribus bona ſtabilia alicui Regulari concedere, etiam ad uſum fructum vel uſum, adminiſtrationem aut commendam. Adminiſtratio autem bonorum Monasteriorum aut Conventuum ad ſolos officiales eorumdem, ad nutum Superioris aut ovibiles, pertinet."

V. Nulli ergo Regularium bonorum ſtabilium adminiſtrationem concedi à Superioribus poſſe declarat Synodus, ſed ſolis officialibus: idque dependenter & ad nutum Superiorum; id eſt, quod etiam illam adminiſtrationem poſſint illis officialibus ſemper auferre.

VI. Unde [ut monet Fagnanus loco citato num. 49.] valde inepta eſt illorum interpretatio, qui aſſerunt Concilium hoc loco non prohibere adminiſtrationem, quam habent Regulariſ dependenter à voluntate ſuorum Superiorum. Siquidem verba Concilii non attingunt in ſubditos, ſed in Superiores tantum, ibi: [nec deinceps liceat Superioribus] unde cum improbetur adminiſtratio illa, quæ conceditur à Superioribus, ſequitur evidenter ut ut propriè improbetur adminiſtratio, quam habent Regulares dependenter à voluntate eorumdem Superiorum, nam ſi Superioribus non licet concedere alicui adminiſtrationem ſtabilium, ergo non pendet ab eorum voluntate efficere adminiſtrationem licitam, vel illicitam: ſicuti videmus uſum ſuperfluum bonorum non fieri licitum ex eo, quod Regularis dicat: Ego teneo immobilia ſuperflua dependenter à voluntate meorum Superiorum, & ad eorum nutum, quia Superiores non habent ſuper hoc diſpenſandi facultatem.

VII. Teſtatur quoque ibidem num. 51. quod conſulta S. Congregatio, an propter talem diſpenſationem ſeu licentiam Superiorum poſſidentes vel tenentes bona immobilia, vel mobilia ſuperflua, à culpa vel poena excuſentur; reſponderit, non excuſari neque à culpa, neque à poena ipſo facto incurrenda; ac inſuper, Superioribus aſſerentibus hujusmodi ſe licentias poſſe concedere, fidem non eſſe adhibendam."

VIII. Præterea cum Concilium Tridentinum primo conſtituat regulam negativam per hæc verba: Non liceat deinceps Superioribus &c. ac deinde ſubjiciat exceptionem à regula dicens: Adminiſtratio autem ad SOLOS Officiales ad NUTUM AMOVIBILES pertinet, ſi Concilium in dicta regula [ait Fagnanus loco citato num. 52.] non prohibuiſſet ſimplici Monacho adminiſtrationem ad nutum? regula non differret ab exceptione, quia eodem modo eſſet permiſſa adminiſtratio ad nutum ſimplici Monacho, atque officiali monasterii, quod eſſet abſurdum; quia de natura exceptionis eſt ut ſit contra regulam, & eam vitiet in caſibus exceptis."

IX. Ex his aliſque argumentis ex ipſo Decreto Tridentino deſumptis concludit tandem Fagnanus num. 59. Adminiſtrationem bonorum ſtabilium, ſeu peculium,

ex nulla cauſa & nullo caſu Regularibus eſſe permiſſam, ſolis Officialibus dumtaxat exceptis."

Ratio verò diverſitatis inter ſimplicem Monachum & Officialem quoad adminiſtrationem rerum temporalium nequaquam obſcura eſt.

X. Dum enim ſimplici Monacho conceditur adminiſtratio, ea conceditur ut proventus in ſuos particulares uſus converterat; atque ita in effectu poſeſt dici uſufructuarius bonorum, [ait Fagnanus num. 42.] nam cum poſeſt de fructibus diſponere, dicitur habere jus utendi & fruendi, & ſic uſufructum. Nec reſert quod non poſſit de illis diſponere niſi in honeſtos uſus: nam nec Clerici ſæculares poſſunt erogare fructus ſuperfluos Beneficiorum ſuorum niſi in uſus pios, & tamen in vita dicuntur uſufructuarii."

XI. Et ſimiliter, pergit Fagnanus, nihil reſert quod adminiſtratio poſſit eidem auferri ad nutum Abbatis; ſiquidem hoc non tollit quin durante adminiſtratione habeat jus utendi & fruendi. Unde propriè dici poſeſt uſufructuarius ad beneplacitum."

Quapropter, inferit idem, Titulus adminiſtrationis nihil eſt aliud quam palliamentum quoddam ad cohonſtandum proprium; verè enim uſufructuarius eſt Dominus fructuum."

XII. At ſecus eſt in Officiali Monasterii, quia is conſtituitur adminiſtrator in utilitatem Monasterii ſive Communitatis; adeoque de proventibus nequaquam diſponere poſeſt in uſus proprios; ſed omnia convertere ac diſpenſare debet in uſus Monasterii, ſive illos ad quos ejus officium ſeu adminiſtratio illum adſtringit; alioquin ſi in privatos ſuos uſus impendat, nec furti, nec proprietatis crimen evadet."

XIII. Sollicitè etiam obſervabit Procurator [inquit Conſtitutiones Canonicorum Regularium Capituli Windelſemenſis parte 2.] ut conceditas ſibi pecunias in nullos quam officii ſui uſus expendat, exactè ad id Prioris ſui ordinationem & voluntatem exequendo, ne alioquin furti judicio, & tamquam proprietarius condemnatur."

Quin nec Officiales immunes erunt à vitio proprietatis, ſi ipſi ratione ſua adminiſtrationis ſeu officii aliqua jura accipiant, eaque non in communes, ſed privatos ſuos uſus reſervent impendenda: cum non minus illa, quam alia quæcumque Religioſis quocumque titulo obvenientia debeant Conventui incorporari ut in communes uſus expendantur."

Hinc Synodus P. I. Cameracenſis. De Regularibus c. 19. volens peſtifero proprietatis vitio obviare inter alia mandat: "Reſcindant inſuper Superiores & aboleant promiſſas univerſa illa emolumenta, & jura quæ antiquo more quibusdam Monasteriorum Officialibus concedi ſolebant."

Si ergo Officialibus ad nutum Superiorum etiam amovibilibus tantum poſſit concedi bonorum ſtabilium adminiſtratio, ut proventus in uſus communes, tamquam Communis Officiales adminiſtrent, facile eſt videre, quod titulus adminiſtrationis non deſinit eſſe metum palliamentum ad cohonſtandum proprium, ſi v. g. adminiſtratio reddituum vitalitiorum Officialibus quidem Monasteriorum committitur, non in communem Monasterii, ſed in privatâ illius, in cujus favorem ſunt reſervati, utilitatem."

TITULUS XXX.

De Voto Caſtitaſis.

CAPUT I.

Profeſſio Religioſa includit votum Caſtitaſis ſaltem implicitè; & ad quæ obſervet?

1. In priſtiniſ Monachorum formulis profeſſionis nulla occurrit expreſſa voti Caſtitaſis mentio.
2. Etiam plures recentiores illius expreſſam mentionem non faciunt.

3. Primus illius expreſſam mentionem fieri voluit S. Franciſcus.
4. Hodierna Franciſcanorum formula votum caſtitaſis expreſſe continet.
5. Exemplo S. Franciſci nonnulli Ordines cœperunt votum caſtitaſis in formula profeſſionis exprimere.
6. Formula profeſſionis Eremitarum S. Auguſtini hodie expreſſit votum caſtitaſis.

V 5

7. Simi-